

6. Exulta, et lauda, habitatio Sion, quia magnus in medio tui Sanctus Israel.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — Canticum est gratiarum actionis pro redemptione per Christum. Qui enim se peccatorum mole obrutum ante agnovit, ob quæ iratum Deum secebrat, dum percipit æ misericordiam Filium Dei advenisse, peccata condonasse, Patrem celestem hominibus reconciliasse, quid aliud faciet? *Dicit, inquam: Celebrabo te, etc.*

VERS. 2. — ECCE DEUS. Ut presentem redemptionem celebrat. SALVATOR. Nomen etiam in abstracto accipitur; neque salubrem tantum, sed et *opem et auxilium* significat. FIDUCIALITER AGAM. Verbum *batac* valet idem quod *confidens fuit, fiduciam habuit*; verum, quia confidentiam sequitur securitas, per metalesim *audax et securus fuit, ut Jud. 15*; et Prov. 14, in quo modo significandi hic liberenter accipio. Opponitur autem pusillanimitati, dubitationi, et timori sentrepidationi. Non timebo; *phacad* est vel metu mali *trepidare, vel reverentia seu admiratione moveri et quasi obtusescere*; et verbo *expavescendi* optime redditur; unde nomen illud *phacad*, quod pro religione vel Deo ipso videtur accipi, Gen. 31: Per pavorem patris sui, etc. LAUS. A verbo *zamar, quod incidere* significat, et ad *incisionem musicam et metricam modulationem* transferuntur, venit nomen *zimerah*, quod tam instrumentum, quam ipsam modulationem seu *psalmum*, significat. Quando ergo dicit *Deum esse psalmum*, significat vel se nihil aliud canere neque celebrare nisi Deum, vel quod Deus sit ipse gaudium. Hic simul duo nomina ponuntur, JAU, JEHOVAH, quod rarè fit; et utrumque à verbo substantivo appellationem habet. Alterum existimo esse alterius contractionem, quidquid dicant Rabbini. Sunt tamen pii viri et docti ex nostris qui JA. Filio Dei cum assumptam humanitatem tribuentur putant, quod hoc loco maxime amplector, q. d., *se canere JA, JEHOVA, id est, Deum de Deo, seu Dei Filium, qui nos redemit, et datus est nobis à Deo in salutem, justitiam et sanctificationem.*

VERS. 3. — Haurietis, etc. (1). Non tantum redemit

(1) Ad verbum: *Et haurietis aquas cum gaudio à fontibus salutis, omnibus curis molestisque soluti, gaudia capietis summa.* Alludit ad petram Mosis virgâ percussam, ex qua copiosus erupit ions aquæ dulcissimæ, quam populus urente siti anhelans cum gaudio bibit; Exod. 17, 1, seqq. Alii ad ritum quemdam fœsti tabernaculorum aquæ hauriende à fonte Siloa, ejusdemque cum magnâ pompa et hilaritatis demonstratione, vinò mixtæ à sacerdote in altari effundende, respici existimant. Vid. Ahr. Proussmann, *Dissert. de Fontibus salutis, ad Levit. 12, 3*, Giesse, 1836; et J. H. Mai, *Phil., Dissert. epistologica de hauritu aquarum à fontibus salutis, ex illustri loco Isai. 12, 3*, quæ legitur ad calcem libri, qui inscribitur: *Jura Fimbriarum à R. Mose Ben Maimon descripta, latinè redacta atque notis illustrata à J. H. Mai, Phil., Francof. ad Moen. 1710.* Cui add. *Ancientis Observat. SS., 1, 2, p. 107, seqq., edit. sec.* Verum ritus ille, cujus in tamulidico tractatu *Succah*, id est, de festo tabernaculorum, fit mentio, nunc jam valis hostri tempore receptus fuerit, perquam incertum est. Chaldeus interpres hisce verbis arcanum sensum inesse opinatus est, quæ hoc

6. Demeure de Sion, tressaillez de joie, et bénissez Dieu, parce que le grand, le Saint d'Israël est au milieu de vous.

et salutem dedit, sed et *fontes salutis* scaturire fecit, ad quos frequenter properare licet ab hauriendam salutem, vel ad recuperandam amissam, vel ad conservandam acquisitam, vel etiam augendam. Sacramenta enim Ecclesie quasi *fontes* sunt saluberrimi, qui omnibus patent, ex quibus cuique licet summâ cum animi oblectatione et jucunditate salutem haurire.

VERS. 4. — IN DIE ILLA. Passim diem pro tempore usurpat hebraismus. Dicitur. Non possunt se continere qui salutem hauriunt, quin maxime cupiant honorum, quibus ipsi fruuntur, alios participes esse et testes; neque sibi satisfaciunt nisi cum vident alios omnes Deo pro acceptis beneficiis similiter gratias agere. Affirmit ergo futurum Propheta eos qui *haurierint aquam* illam dicturos aliis, *confitemini, etc.* Nisi malis pro imperativo accipere, et dicite, ut solent Hebraei futuris uti, vel etiam preteritis in futurum mutatis. INVOCATE NOMEN EIUS. Quavis vulg. Interpretationem non malè hebraismum reddidisse putem, malum tamen retinere, quod variè reddi posset; et video quidem non paucis locis verbum *cara* constructum cum voce *schem* et præpositione *beth*, ut hoc loco, idem esse quod *predicare, profiteri publicè, seu colere nomen Jehova*, Gen. 4, 26. Video quoque phrasim hanc Joel. 2: Omnis qui vocaverit in nomine Jehova evadet; Paulum, Rom. 10, et e Petrum, Act. 2, reddidisse: *Omnis qui cum invocaverit nomen Domini, saluus erit.* De eadem autem invocatione sermo est quæ ex animo pleno fidei proficitur: quod dicitur *invocare Deum in veritate, seu fide*, ut habet Psalmista. ADVENTIONES. Nomen *aliloth* significat *studia, molimina, adventiones*; indè etiam *opera, etc.*, sive bona, sive mala. MEMENTOTE. Verbum est in tertiâ, et verbo commemorandi bene redditur: *Adducite in mentes hominibus, facite ut vigeat memoria excelsi nominis ipsius.* Unde etiam intelligitur phrasim illa Evangelii: *Hoc facite in recordationem meâ*, id est, ut commemoretis me; sicut et Paulus interpretatur: *Mortem Domini annuntiabit, donec venerit, etc.*

VERS. 5. — CANTATE. *Zamar* cum accusativo est *psalmis et canticis celebrare, predicare, etc.* ANNUNTIATE HOC. Ad verb. — *Notum factum hoc in universâ terrâ*; liberent subaudiendum verbum *ait*; et pronomen quidem demonstrandi Hebraici vicem supplet verbi substantivi; sed et affirmative legi potest, et Hebraismus id magis exigit, *notum factum est in universâ terrâ, quasi sit responsio ad superiora, q. d., ut optâtis, ita factum est, etc.*

VERS. 6. — EXULTATE. *Tsaal*, propriè *hinnivit, mugivit*, vel præ lætitiâ, vel petulantia et lasciviâ, ut solent equi et tauri, quancumq; figuratè ad homines quocunque transferatur: in malum Jer. 5: *Hinniebant ad uxorem, etc.*; hic in bonum, et infra 24, etc.; modo expressit: *Et suscipietis doctrinam novam cum gaudio ab electis justorum.* (Rossmuller.)

ideò vulg. bene verbo *exultandi* reddidit. LATA. Verbum *ranan* sicut *ex ran*, est plerumque ovationis et acclamationis gratulandi causâ, et verbo *congratulandi* non malè interdum redditur. Plerumque autem est lætitiæ, et exclamationem *ex lætitiâ* notat. *Jubilare* dicunt Latini, infra 24, 33, 54, etc. Hujus autem gaudii et exultationis causam jam reddidit. QUA MAGNIS IN MEDIO TUI SANCTUS ISRAEL. Quod de Verbo incarnato omnino intelligendum existimo, non de arcæ fœderis.

CAPUT XIII.

CHAPITRE XIII.

1. Onus Babylonis, quod vidit Isaias, filius Amos.
2. Super montem caliginosum levate signum, exaltate vocem, levate manum, et ingrediantur portas dices.
3. Ego mandavi sanctificationis meis, et vocavi fortes meos in ira meâ, exultantes in gloria meâ.
4. Vox multitudinis in montibus, quasi populorum frequentium; vox sonitus regum, gentium congregatarum; Dominus exercitum præcepit militie belli.
5. Venientibus de terrâ procul, à summitate cœli; Dominus, et vasa furoris ejus, ut disperdat omnem terram.
6. Ululate, quia prope est dies Domini: quasi vastitas à Domino veniet.
7. Propter hoc omnes manus dissolventur, et omne cor hominis contabescet, et conteretur.
8. Toriones et dolores tenebunt; quasi parturiens, dolēbit; unusquisque ad proximum suum stupebit, facies combustæ vultus eorum.
9. Ecce dies Domini veniet, crudelis, et indignationis plenus, et ira furorisque, ad ponendam terram in solitudinem, et peccatores ejus contentendos de eâ.
10. Quoniam stella cœli, et splendor earum, non expandent lumen suum; obtenebratus est sol in ortu suo, et luna non splendet in lumine suo.
11. Et visitabo super orbis mala, et contra impios iniquitatem eorum; et quiescere faciam superbiam infidelium, et arrogantiam fortium humiliabo.
12. Pretiosior erit vir auro, et homo mundo obrizo.
13. Super hoc cœlum turbabo, et movebitur terra de loco suo, propter indignationem Domini exercitum, et propter diem ire furoris ejus.
14. Et erit quasi damula fugiens, et quasi ovis, et non erit qui congreget; unusquisque ad populum suum convertetur; et singuli ad terram suam fugient.
15. Omnis qui inventus fuerit, occidetur; et omnis qui supervenerit, cadet in gladio.
16. Infantes eorum alidentur in oculis eorum; diripientur domus eorum, et uxores eorum violabuntur.
17. Ecce ego suscitabo super eos Medos, qui argentum non querant, nec aurum velint;
18. Sed sagittis parvulos interficient, et lactantibus uteris non miserebuntur, et super filios non parcerit oculus eorum.
19. Et erit Babylon illa gloriosa in regnis, incluta superbia Chaldaeorum, sicut subvertit Dominus Sodoniam et Gomorrhiam.
20. Non habitabitur usque in finem, et non fonda-

Nam de die suo tempore redemptionis ex quatuor plagis terræ erat sermo; et cum *nobiscum sit usque ad consummationem sæculi, perpetuam nobis est exultationis causa.* Quid cum eum intra viscera nostra recondidimus? quid dicit homo Deo plenus? *Exultet, hinniat, convocet ad congratulationem* mutuum omnem, quod *magnus* ille etiam usque in ipsa viscera hominis descenderit. Nam et vox *KEREN* interpres *animalis* proprie declarat, deinde et *cujuscunque rei*.

1. Prophète contre Babylone, qui a été révélée à Isaaï, fils d'Amos.
2. Levez l'étendard sur la montagne couverte de nuages; haussez la voix, étendez la main; et que les princes entrent dans ses portes.
3. J'ai donné mes ordres à ceux que j'ai consacrés; j'ai fait venir mes guerriers, qui sont les ministres de ma fureur, et qui travaillent avec joie pour ma gloire.
4. Déjà les montagnes retentissent des cris différents, comme d'un grand nombre de personnes, et des voix confuses de plusieurs rois et de plusieurs nations réunies ensemble. Le Seigneur des armées a commandé toutes ces troupes.
5. Elles viennent des terres les plus reculées, et de l'extrémité du monde. Le Seigneur avec les instruments de sa fureur, pour exterminer tout le pays.
6. Poussez des hurlements, parce que le jour du Seigneur est proche; il viendra comme la désolation envoyée par le Seigneur.
7. C'est pourquoi tous les bras seront languissants, et tous les coeurs seront fletés et brisés.
8. Ils seront agités de convulsions et de douleurs; ils souffriront des maux comme une femme qui est en travail; ils se regarderont l'un l'autre avec étonnement, et leurs visages seront desséchés comme s'ils avaient été brûlés par le feu.
9. Voici le jour du Seigneur qui va venir, le jour cruel, plein d'indignation, de colère et de fureur, pour dépeupler la terre, et réduire en poudre tous ses impies habitants.
10. Car les étoiles du ciel les plus éclatantes ne répandront plus leur lumière; le soleil, à son lever, se couvrira de ténèbres, et la lune n'éclairera plus.
11. Et je viendrai punir les crimes du monde, et l'iniquité des impies; et je ferai cesser l'orgueil des infidèles, et l'humilité insolence de ceux qui se rendent si redoutables.
12. L'homme sera plus rare que l'or; il sera plus précieux que l'or le plus pur.
13. C'est pourquoi j'ébranlerai le ciel même, et la terre sortira de sa place, à cause de l'indignation du Seigneur des armées, et du jour de sa colère et de sa fureur.
14. Alors Babylone sera comme un daim qui s'enfuit, et comme des brèches que personne ne rassemble; chacun s'unira à son peuple, et tous fuiront dans leur pays.
15. Quoique sera trouvée sera tué; tous ceux qui se présenteront seront passés au fil de l'épée.
16. Leurs enfants seront écorchés à leurs yeux; leurs maisons seront pillées, et leurs femmes violées.
17. Voilà que je vais susciter contre eux des Medes, qui ne chercheront point d'argent, et qui ne se mettront point en peine de l'or;
18. Mais ils perceront les petits enfants de leurs flèches; ils n'auront point de compassion des vieux; à la mamelle, et ils n'épargneront point les jeunes gens.
19. Ainsi cette grande Babylone, cette reine entre les royaumes du monde, qui avait porté dans un si grand étal l'orgueil des Chaldéens, sera détruite, comme le Seigneur renversa Sodomè et Gomorrah.
20. Elle ne sera plus jamais habitée, et elle ne se

bitur usque ad generationem et generationem, nec ponet ibi tentoria Arabs, nec pastores requiescent ibi.

21. Sed requiescent ibi bestiae, et replebuntur domus eorum draconibus; et habitabunt ibi struthiones, et piosi saltabant ibi;

22. Et resonabunt ibi ululae in aëbus ejus, et sirenes in delubris voluptatis.

rebâtra point dans la suite de tous les siècles; les Arabes n'y dresseront pas même leurs tentes, et les pasteurs n'y viendront point pour s'y reposer;

21. Mais les bêtes s'y retireront; ses maisons seront remplies de dragons; les autruches viendront y habiter, et les satyres y feront leurs danses;

22. Les hiboux hurleront à l'envi l'un de l'autre dans ses maisons conspurées, et les sirènes habiteront dans ses palais de délices.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — OSUS BABYLONIS, etc. Figuras veritati commiscens Propheta; ex qua commistione et caeci magis excæcantur et pii homines plus confirmantur. Redemptio ex Babylone typus fuit redemptionis quæ per Christum contigit, ut omnibus planum est. Jam igitur Babyloniens eversionem commemorat, quam consecuta est libertas populi Dei: quemadmodum et in fine mundi evenit. Quod enim propinquo fuerit ejus desolatio, et redemptio filiorum Dei propior erit, ut Dominus suos adhortatur, cum ait: *His fieri incipientibus, levate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra.* Non solum autem hæc ratione his quæ sequuntur capitibus prophetias textit Isaia de Babylone et aliis nonnullis provinciis ac regnis eventendis, sed etiam propter Jehudam et Jerusalem, ut Dei justitiam discerent, qui omnium gentium rationem habeat, et scelera eorum suo tempore puniat, intelligenterque perstulit esse, dum res prosperæ sunt, ita eis incumbere ut non etiam meminissent posse eorum omnium rerum brevi tempore fieri commutationem, atque aliam vicissitudinem multo diversam se posse experiri. Eas autem nationes et regna tantum commemorat quæ populo Judaeorum nota erant et quorum res ad populum Hebræorum aliquâ ratione pertinebant. Ita tamen orationes disponit Propheta ut ferè nulla sit prophetia exterorum regnorum in qua redemptionis per Christum futuræ quidquam non interserat; nam hæc tendebant omnia. Hujusmodi autem prophetias in quibus gravia ac tristitia nuntiabantur Propheta, *onera* appellabant; non solum quia quæ dicebant, gravia, veluti onera, essent, verùm etiam quia ea quoque audire grave, imò neque ea prenuntiare valde esset jucundum; sed parandum erat Spiritui.

VERS. 2. — SUPER, vel contra; nam al etiam pro contra sæpe accipitur. CALIGINOSUM, vulg. *nischepheh* tanquam esset *nesceph* formâ femininâ, quod *tempus obscurum* significat, acceptit; neque est qui meritò hanc interpretationem improbare non possit; infra 59 dicitur *montes nescheph crepusculi*, id est, caliginosi, etc., de quo ibi dicendum nobis erit. Quasi Babyloniem, quamvis in planitie sita fuerit, *montem* ob ædificiorum et murorum superbiam vocet; *obscurum* autem, quasi ad nomen Babel alludens, propter confusionem et peccati et ignorantie tenebras, vel propter imminenta mala quæ nomine *tenebrarum* censentur in Scripturis. Chaldaeus exponens ait *super munitionem quæ habitat pacificè.* Possimus quoque dicere esse participium sui nomen à voce passivâ verbi *schaphah*, id est, *excelsum eminentem seu præruptum*, ut sentiunt docti ex Rabbini. Non vocari autem hic Ba-

bylonem *montem*, ex his quæ sequuntur arbitror constare. LEVATE MANUM. Jam supra dixi verbum hoc *hannah* proprie agitare significare; et illud quod in textu Hebræo est *lahem*, ad eos tam ad exaltationem vocis, quod precedit, quam ad agitationem manûs, quod sequitur, referri potest. INGRDIANTUR PORTAS DUCES. Nomen *phittheke* apparet esse in regimine, proinde dum dicendum fuisset; sed diei potest quod interdum forma regiminis servatur in locutione absoluta, ut Hieronymus *duces Medorum* intelligit. Est autem nomen *phetac*, id est, *ostium*, à verbo quod *aperire* significat; at Hebræi omnes *portas principum* interpretantur, seu *magnificorum*. Nam Hebraismus nomine *nedibim* vocat principes, à *magnificentia* et liberalitate; unde intelligi potest illud Lucae 22: *Qui potestatem habent super eos, ἐπιτραυ*, id est, *beneficij vocantur*, id est, principes. Ego pro abstracto accipiendum putavi, *portas amplitudinum* seu *magnificentiarum*, id est, amplissimas; quamvis in formâ masculinâ nullibi sic accipi meminimus; in femininâ autem *nediboth* non semel, *pluvia magnificentiarum*, etc., Psal. 68, etc. Videtur autem hoc loco esse irrisio, quasi irrideat portarum Babyloniens multitudinem atque magnitudinem, vel ostia domorum amplissimarum atque magnificentissimarum, cujusmodi sunt palatia principum sive magnatum; ut quæ sufficerent ad capiendum vel ingentem hostium exercitum. Verisimile autem mihi est *nischepheh* nomen proprium esse montis qui Medos et Persas à Chaldæis distinguit; ut sensus sit: *Super illum montem levate vexillum, et voce ac manu convocate Medos et Persas; et principes eorum conveniant ad portas, ut de bello gerendo rationem ineant;* et cum vulg. formam regiminis pro absoluta accipiamus; neque sit sermo de portis Babyloniens. Eligat prudens lector alterutram interpretationem.

VERS. 5. — SANCTIFICATIS MEIS. Milites qui Dei bellum gesturi erant *sanctificatos suos* vocat, quasi ad bellum sacrum conscriptos. Bella enim cum apud Judæos tum etiam gentes certis ceremoniis, legibus, ritibus, solemnitatibus, insuper etiam iurisdictioni sacramento interposito, suscipiebantur ac gerebantur, ut testatur Deut. 20, ubi jura belli ordine commemorantur; et exstant historiæ in libris sacris quæ id testantur, ut 2 Sam. 15 et 18, unde *sanctificare bellum*, Jer. 6, et Joel. 4, ut interim taceam quòd bella piorum cultus fuerint Deo placens. Adde quòd qui jussu Domini interficiuntur sunt veluti quædam victimæ morti destinatae, ut patet infra 54, et Jer. 46, quia morte illorum quodammodo expiatur terra. Quare et interficiendi *sanctificari* dicuntur, Jer. 12, et ipsi *interfectores sanctificati*, Zoph. 1: *Præparavi Jehovah*

victimam, et *sanctificavit vocatos suos*, scilicet Chaldæos, tanquam illum victimam devoratos. Quæ prope modum figurâ loquendi usus est Moses, Exod. 52, ubi dicitur: *Implete manum vestram hodie ipsi Jehova, unusquisque in filio suo et in fratre suo*, etc., nimirum alludens ad ritum consecrandi sacerdotes quo peculiaris sanguine manus eorum tingebantur, pii autem à Mose manus suas seditiosorum sanguine creuntare jubebantur. ET VOCAVI; vel *quin et vocari*. FORTES, vel *heroes*, seu *prævaucos*. *IS IRA MEA*. *Laphi*, vel *ad iram meam*, vel *ira meæ*, id est, ut ira meæ exercenda inserviant. EXULTANTES IN GLORIA MEA. Hebraismus retinuit; nam variè reddi potest; vel, *qui in gloria meâ exsultent*, ut reddidit Vulg., et perlique alii, quòd scilicet altitudo et gloria Dei eos exsultare faciat; vel, *quorum exultatio faciat ad gloriam Dei*, quia viderelibri libenti et leto animo id exsultabant quod magno pertinebat ad gloriam et honorem Dei; vel, *exsultantes gloriosi mei*, id est, *milites alacres et gloriosos*.

VERS. 4. — VOX MULTITUDINIS. Nomen *hamon*, ut jam dixi, non multitudinem tantum, sed etiam strepitum et tumultum significat, sicut Græcis *ὄζος*, unde Lucae 22: *Ut traderet eum sine turbâ, vel sine tumultu*. Quare hic reddidi: *Vox tumultus*, seu *strepitus*; ut I Sam. 4: *Et dixit: Quæ vox tumultus hujus?* et 14: *Tumultus, qui erat in castris*, etc. QUASI POPULORUM FREQUENTIUM. Hebraismus retinuit, *similitudo populi magni*, id est, qualem solet edere populus magnus. Vulg. doctè Hebraismus mollivit. VOX SONITUS, *Scheon*, proprie *ruinam*, *irruptionem* seu *precipitium* declarat et per metalepsi sonitum, *fragorem*, *tumultum*, etc., qui ruinam subsequitur. Posset non malè reddi *vox precipitationis regnorum*, etc. REGUM. Credo Interpretem initio scripsisse *regnorum*, ut habet Hebraismus. Solebant, ut etiam nunc fit, gentes barbaræ, ut terrorem incuterent et sese accenderent ad prælium, ingentes edere clamores. PRÆCEPTI MILITIE BELLI. Supra jam dixi de verbo *phakah* quòd interdum verbo recensendi verti debet; et juxta hunc sensum intelligi vulgatum. Fingit Deum veluti imperatorem ac ducem, qui conscribere nomina militum jubet, eosque recenset et ad sacramentum adigit, et unum quemque suæ fortitudinis specimen coram se edere facit, ut significet vastationem illam quæ Babyloniens impendebat, non solum ex præcepto Domini fieri, sed et gratisimam illi fore. Quare hoc loco, quia vidi esse allusionem in vocibus *tsaboth* et *tsaba*, nomen interpretatus sum, ut in versione eadem allusio appareret. Potest autem hoc nomen collectivum *tsaba* (de quo plura infra 40), quod exercitum hic verti, construi cum participio pluralis numeri sequentis versûs, *venientem de terrâ*, etc. *Exercitum verò prælii seu belli* vocat, ad bellum et eadem paratum, vel bellicosum. Quod verò sequitur sic accipi: *Jehova et vasa ejus ad dissotendum terram, scilicet adsunt*;

VERS. 5. — Vel, servatâ distinctione, in hunc modum: *Veniunt de terrâ procul Jehovah et vasa*, etc.; ubi inducit Dominus ut dux, et milites Medi et Perse

ut *instrumenta indignationis et justitiæ ejus*; ut intelligamus in regnorum vastationibus non semper odia nationum aut avaritiam aut superbiam præcipium esse causam; sed aliis philosophantes, hostes esse *instrumenta divine indignationis*, quam peccatis nostris provocavimus, nobiscum reputemus. A SUBMITATE; id est, *ab extremitate cœli*. Cum vulgo loquitur, quasi regio quæ nimium distat cœlum contingat.

VERS. 6. — DIES DOMINI. Phrasid est Hebræis frequentissima, ut *dies Domini* dicatur dies quæ puncta immorgeros et rebelles; fortè hine sumpta quòd cum dissimulat, dormire viceatur (unde ut *exurgat, ne ultra dormiat*, petit Psalmista). Nox autem tempus est somno deputatum, dies vero actionibus: hinc ad significandum judicium Domini accommodatur, ut interdum idem sit *dies Domini et judicium Domini*. Hinc etiam *dies hominis* sive *humani*, id est, *judicium hominis*. A DOMINO. Hic nomen est SABA, quod plerique per omnipotentem reddunt. Est autem attributum divinum, q. d., *uberrius*, cujus bonitas perreacat per universas creaturas, dans illis essentiam, vitam et motum; quasi sit à verbo *schadad*, quod *permeare* significat. Sed quia hoc verbum capitur semper in malum, à *sched* quod *mamma* seu *uber* est, quidam illud deduci volunt. Ad ego illis potius assentior qui nomen *scheda* compositum esse dicunt ex *relativo schin* et nomine *da*, q. d.: *Qui sufficit, Sufficientissimus, Abundantissimus*, quòd ipse per sese non modò bonis omnibus abundat, sed etiam aliis abunde tribuat; sicut de Filio Dei dicit Joannes: *De plenitudine ejus accepimus omnes*. Et Paulus, 1 Timoth. 6 ad hoc nomen videtur alludere: *Qui præbet nobis omnia abundè ad fruendum*, etc. Dicitur ergo *schada*, vel quòd sibi, vel quòd nobis sufficit, neque alio indigemus. Si quis tamen diceret nomen *schada* à *devastando* dici, idèquòd et hoc loco esse allusionem in voce *schod*, quæ vastationem notat, ad nomen *schado*, non improbarem; quasi diceret Propheta: *Ululato, quia venit vastatio, quasi vastatio à Deo vastatore*. Sic enim loquitur Scriptura, et apud Paulum: *Tanquam à Domini Spiritu*, id est, claritate maximam, qualem par est à Spiritu Domini donari, etc.

VERS. 7. — PROPTER HOC, OMNES MANUS, etc. *Dissolutione* seu *remissione manuum*, et *liquefactione cordium*, et similibus, quæ sequuntur, hyperbolicis similitudinibus venuste admodum insinuat propheta quæ mala passuri sint Babyloniens adventante hostium exercitu, cujus dux esset Jehova; cujus solus est, etiam antequam adveniat calamitas, ita perturbare inopiorum animos in quos iram suam effundere decrevit, ut consilii et opis egeni quòd sese vertant nesciant, neque manu neque mente satis suum officium facientibus. Pro contabescet, liquefet; pro dissolvitur, remittentur, dixi, sensu eodem, et propria verborum significatione servatâ, CONTERETUR (1). Numero multitudinis legendum.

(1) Hoc in Hebræo cum versu sequenti construitur, isto modo: *Et turbabuntur torsionibus, et doloribus tenentur.* (Bible de Venice.)

19. Tu autem projectus es de sepulcro tuo quasi stirps inutilis, pollutus, et obvolutus cum his qui interfecti sunt gladio, et descenderunt ad fundamenta læci, quasi cadaver putridum.

20. Tu n'auras pas même, comme un d'eux, cette misérable sépulture, parce que tu as rûné ton royaume, tu as fait périr ton peuple. La race des scélérats ne durera point sur la terre.

21. Préparez ses enfants à une mort violente, à cause de l'iniquité de leurs pères; ils ne s'éleveront point; ils n'hériteront point la terre, et ils ne rempliront point de villes la face du monde.

22. Je m'élèverai contre eux, dit le Seigneur des armées; je perdrai le nom de Babylone, j'en exterminerai les rejetons, les descendants et toute la race, dit le Seigneur.

23. Je la rendrai la demeure des hérissons, je la réduirai à des marais d'eau bourbeuse; je la nettoierai, et j'en jeterai jusquaux moindres restes, dit le Seigneur des armées.

24. Le Seigneur des armées a fait ce serment : Je jure que ce que j'ai pensé arriver, et que ce que j'ai arrêté dans mon esprit s'exécutera.

25. Je perdrai les Assyriens dans ma terre; je les foulerai aux pieds sur mes montagnes; et Israël secouera le joug qu'ils lui avaient imposé, et se déchargera des fardeaux dont ils l'accablaient.

26. C'est là le dessin que j'ai formé sur toute la terre; c'est pour cela que j'ai étendu mon bras sur toutes les nations.

27. Car le Seigneur des armées l'a ordonné; qui pourra s'y opposer? Il a étendu son bras; qui pourra le détourner?

28. Cette prophétie a été prononcée l'année de la mort du roi Achaz.

29. Ne te réjouis point, terre de Palestine, dans toute ton étendue, de ce que la verge de celui qui te frappa ait été brisée; car de la race du serpent il sortira un basilic, et ce qui en naîtra dévorera les oiseaux.

30. Et les premiers-nés des pauvres seront nourris, et les pauvres se reposent avec confiance. Je vous sécherai jusqu'à la racine par la faim que je vous enverrai, et je perdrai tout ce qui restera de vous.

31. Porte, fais entendre tes hurlements, fais retentir tes cris; tout le pays des Philistins est renversé; car les bataillons viennent de l'aquilon, comme un tourbillon de fumée, et nul ne pourra se sauver.

32. Que répondra-t-on alors à ceux qui publieront cette nouvelle? sinon que le Seigneur a établi Sion sur un ferme fondement, et que les pauvres de son peuple espèrent en lui.

VERB. 4. — ELIGIT. Juxta historiam Judam et Benjamin ex Babylone reduxit; juxta mysterium autem, cum omnes sub peccato essent, elegit discipulos suos, reliquias illas de quibus supra, quas Apostolus electionem vocat. Isis autem electis non malè convenit verbum castrense *habere delectum*; nam per istos quos ex infinita illa multitudine nosset Gedeon elegit, mundum sibi subjugavit; *his adhaerent advena*; horum fidem secante sunt gentes, et connumerati inter filios Abraham. **ADBEREBIT**; vel *adjicietur*, vel *apponeitur ad domum*. Hæc est propria verbi *lavah* significatio in hoc genere constructionis; et est verbum ministratum Domino; unde et nomen **LEVI**, de quo in benedictionibus nostris.

19. Mais pour toi, tu as été jeté bien loin de ton sépulture, comme un tronc inutile; et étant couvert de ton sang, tu as été enveloppé dans la foule de ceux qui ont été tués par l'épée, et qu'on a fait descendre au fond de la terre, comme un corps déjà pourri.

20. Tu n'auras pas même, comme l'un d'eux, cette misérable sépulture, parce que tu as rûné ton royaume, tu as fait périr ton peuple. La race des scélérats ne durera point sur la terre.

21. Préparez ses enfants à une mort violente, à cause de l'iniquité de leurs pères; ils ne s'éleveront point; ils n'hériteront point la terre, et ils ne rempliront point de villes la face du monde.

22. Je m'élèverai contre eux, dit le Seigneur des armées; je perdrai le nom de Babylone, j'en exterminerai les rejetons, les descendants et toute la race, dit le Seigneur.

23. Je la rendrai la demeure des hérissons, je la réduirai à des marais d'eau bourbeuse; je la nettoierai, et j'en jeterai jusquaux moindres restes, dit le Seigneur des armées.

24. Le Seigneur des armées a fait ce serment : Je jure que ce que j'ai pensé arriver, et que ce que j'ai arrêté dans mon esprit s'exécutera.

25. Je perdrai les Assyriens dans ma terre; je les foulerai aux pieds sur mes montagnes; et Israël secouera le joug qu'ils lui avaient imposé, et se déchargera des fardeaux dont ils l'accablaient.

26. C'est là le dessin que j'ai formé sur toute la terre; c'est pour cela que j'ai étendu mon bras sur toutes les nations.

27. Car le Seigneur des armées l'a ordonné; qui pourra s'y opposer? Il a étendu son bras; qui pourra le détourner?

28. Cette prophétie a été prononcée l'année de la mort du roi Achaz.

29. Ne te réjouis point, terre de Palestine, dans toute ton étendue, de ce que la verge de celui qui te frappa ait été brisée; car de la race du serpent il sortira un basilic, et ce qui en naîtra dévorera les oiseaux.

30. Et les premiers-nés des pauvres seront nourris, et les pauvres se reposent avec confiance. Je vous sécherai jusqu'à la racine par la faim que je vous enverrai, et je perdrai tout ce qui restera de vous.

31. Porte, fais entendre tes hurlements, fais retentir tes cris; tout le pays des Philistins est renversé; car les bataillons viennent de l'aquilon, comme un tourbillon de fumée, et nul ne pourra se sauver.

32. Que répondra-t-on alors à ceux qui publieront cette nouvelle? sinon que le Seigneur a établi Sion sur un ferme fondement, et que les pauvres de son peuple espèrent en lui.

COMMENTARIUM.

VERB. 2. TENEUNT (1). Verbum Hebræum *capere, accipere, sumere*, etc., significat. Hebraismus est, et *assument et adducunt*, id est, assumptos adducunt vel deducunt precibus importunis et obséquii, tanquam bajuli onerum, et, ut alibi scribitur, læticiis et carrucis, etc. In locum **SEU**, ad patriam, ad proprias sedes et antiquas habitationes. Relativum *ad Israelitas* est referendum. Et possidet. Verbum est plurale, sed cum nomine colectivo *domus*. Ego vim verbi, quantum potui, expressi. In quarta *jure hereditario sibi appropriate, seu distribere*, non quòd semper de heredi-

(1) Et **TENEUNT POS POPULI**, vel *accipient*. Juxta historiam, à Cyro et Dario adjuvi fuerunt numeribus pro reparando templo et nutritis. (Clariss.)

tariâ possessione dicatur, sed legitimam hoc verbo possessionem declarare solent Hebræi. SUPER TERRAM DOMINI. Quam paulò ante dixerat *locum ipsorum*, nunc *terram Jehova appellat*; ut intelligeremus hanc gloriam et honorem, hæc potestatem et dominationem ex hoc illis provenire quòd *terram Domini* habitarent. Nihil enim sic sub pedibus nostris omnia subjicit sicut nos ipsos Deo subicere et gratos nos Domino exhibere, ut qui ex liberalitate ipsius donis ejus fruamur. Unde jamjam ingressuris filiis Israel, terram promissam dicebat Moses, *ne cum domo referas omni bono, vineas et olivea possedissent, obliiscerentur Domini, cogitantes hæc sibi propria se virtute comparasse*, non grati et dono Domini. Animadvertite, lector, quòd qui *extra terram Domini* aliis serviebant, ingressi *terram Domini* dominis suis imperare ceperunt. Sed quia hæc nunquam consensent legimus Israelitas, etiam Babylone vastatâ, postquam in patriam remeâssent, superest ut electionem, de quâ supra diximus vers. 1. hæc benedictionem accipere dicamus. Nam si adhuc adimplenda hæc dicant Judæi, ergo rursum instaurabitur Babylon, quod Propheta persuis negant, et rursum captivi ducentur Judæi in Babylonem; hæc autem dicit *electionem*, de quâ supra diximus vers. 1. hæc benedictionem accipere dicamus. Nam si adhuc adimplenda hæc dicant Judæi, ergo rursum instaurabitur Babylon, quod Propheta persuis negant, et rursum captivi ducentur Judæi in Babylonem; hæc autem dicit *electionem*, de quâ supra diximus vers. 1. hæc benedictionem accipere dicamus. Nam si adhuc adimplenda hæc dicant Judæi, ergo rursum instaurabitur Babylon, quod Propheta persuis negant, et rursum captivi ducentur Judæi in Babylonem; hæc autem dicit *electionem*, de quâ supra diximus vers. 1. hæc benedictionem accipere dicamus.

VERB. 5. — CONTRIVIT. Nomine *verbi et baculi* regni potentiam simul et usum ad percipiendum comprehendit, et ad utrumque respectit. **VERB. 6. — ISSANABI.** Hebræa ad verb. *absque aversione*. Est enim nomen *sarah* à verbo *sur*, unde pro *apostasi et discessione* plerumque accipitur. *Plaga itaque absque aversione est vel qua non potest averti, vel potius à quâ non avertit manum qui cædit, ut continuationem percussiois declarat*; quæ autem hujusmodi est non potest averti. Ego libenter sic verterem, *caudentem populos lesione assidua*; id est, qui non cessabat percussione populos. **PENSQUEM.** Si sequaris punctuationem quam nunc habent Biblia, **MRADAPH, persecutionem passum dicendum est**; et ita nonnulli Rabbinii interpretantur, *persecutionem passum non prohibuit*; quod nequaquam probò: neque quòd R. David assert, à *persecutore non prohibuit*; quia ita posse interpretari ut Vulg. vertit, non negat; quòd tamen servatâ superior punctuatione fieri non potest. Sequor ego punctationem quam secutus est Vulg. ut sit forma activæ, quasi scriptum sit **MRADAPH, persequestem seu insecantem**. CAUDELITER. Sensum expressit. Verbum *hushac* est *prohibere, seu cohibere, detinere*. Accipiendum ergo est formâ infinitivi, tanquam nomen; vel dicendum est esse nomen quòd *prohibitionem seu detentionem* significat, et est ferè idem quòd superiori membro dictum est, quòd scilicet non *cohiberet manum, vel se ipsum non detineret à persecutione*, id

hymnum, etc., dicitur *locare canticum*; quod dicitur tam de iis qui cantilenam componunt quàm de incipientibus cantionem, id est, præcantoribus, quos alii sequuntur. Nomen autem *maschal*, quo inscripsit Salomon librum qui **PROVERBORUM** dicitur, non tantum *comparationem aut similitudinem* significat, sed quævis *sententiosam seu figuratam sermonem, qui dignitatem et gravitatem magnamque aliquam significationem in se continet, ac proinde attentionem meretur atque requirit, neque non admirationem conciliat*; cujusmodi sermones Græci *ἀποφωριστά* dicuntur. Unde et in Actis Apostolorum rectè et propriè dicuntur Apostoli repleti Spiritu S. *ἀποφωριστά*, id est, *breviter, sententiosè, graviter, cum dignitate, et denique sapienter eloqui*, ut non immerito Hebræi à domino et auctoritate hujusmodi sermones **MASCHAL** appellent. TRIBUTUM. Nomen *madehebah* *antributum* declarat. Nam quòd Hebræis est *zahab*, hoc Chaldæis *mutatò zain in dalet* significat, nempe *aurum*; idem addito mem quæ *ex auro tributum* designat. Hæc autem irrisionem continet quæ valdè urget eos qui commutatâ fortunâ ex oppressione et tyrannide in servitum deciderunt. Solent quoque et redempti per Dominum secum admirari quo pacto factum sit ut de potestate tenebrarum educi tunc liberos se sentiant in regno lucis, et dilecti filii Dei. Quomodo enim non admittunt vires gratiæ, cum in semetipsis experiantur tantam rerum commutationem quantum in toto orbe diversæ constellationes et temporum vicissitudines efficere nequeant?

VERB. 5. — CONTRIVIT. Nomine *verbi et baculi* regni potentiam simul et usum ad percipiendum comprehendit, et ad utrumque respectit.

VERB. 6. — ISSANABI. Hebræa ad verb. *absque aversione*. Est enim nomen *sarah* à verbo *sur*, unde pro *apostasi et discessione* plerumque accipitur. *Plaga itaque absque aversione est vel qua non potest averti, vel potius à quâ non avertit manum qui cædit, ut continuationem percussiois declarat*; quæ autem hujusmodi est non potest averti. Ego libenter sic verterem, *caudentem populos lesione assidua*; id est, qui non cessabat percussione populos. **PENSQUEM.** Si sequaris punctationem quam nunc habent Biblia, **MRADAPH, persecutionem passum dicendum est**; et ita nonnulli Rabbinii interpretantur, *persecutionem passum non prohibuit*; quod nequaquam probò: neque quòd R. David assert, à *persecutore non prohibuit*; quia ita posse interpretari ut Vulg. vertit, non negat; quòd tamen servatâ superior punctuatione fieri non potest. Sequor ego punctationem quam secutus est Vulg. ut sit forma activæ, quasi scriptum sit **MRADAPH, persequestem seu insecantem**. CAUDELITER. Sensum expressit. Verbum *hushac* est *prohibere, seu cohibere, detinere*. Accipiendum ergo est formâ infinitivi, tanquam nomen; vel dicendum est esse nomen quòd *prohibitionem seu detentionem* significat, et est ferè idem quòd superiori membro dictum est, quòd scilicet non *cohiberet manum, vel se ipsum non detineret à persecutione*, id

est, qui continenter gentes persequatur. His verbis quatuor habet qui sint tyrannorum mores: *laborare faciunt sue molestia afflicti, concutiunt sue commosent, et irrequietos reddunt subjectos, eos seruituti subiiciunt, exiguat tributa, cadunt, indignantur, pessumdant atque persequuntur*, omni humanitate deposita, quasi hostes naturæ, ut feras eos potius quam homines esse arbitreris. De istis dicit Salomon, *Prov. 24: Leo rugiens et ursus excurrens, dominator improbus in populum pauperem. Sed que sint eorum lucra mox intelliges.*

VERS. 7. — *CONQUEVIT ET SILEUIT.* Vulg. conjunctionem supplevit, sicut et seq. versu, quam interdum Hebraismus omittit. *GAUSA EST, ET EXSULTAVIT.* Hic quoque conjunctionem addidit de suo, et *ranah* pro verbo accepit, et ad sensum quidem parum tacit; ego verbum verbo reddidi.

VERS. 8. — *ABIES.* Nomen *herosch* speciem *cedri* significat. Hieronymus *abietem* dixit. Ego existimo esse arborem quam, mutuato ab Hebraeis nomine, *fracinum* dicunt Latini. *SUPER TE.* Ad verbum dicens *esset tibi*; sed non dubium quin *lamed* hanc interdum vim habeat Hebraeis quam *super* vel *de* Latinis. *ET CECIDI,* etc. Addidit conjunctionem; et repetendam esse verbum *letati sunt.* Ex quo, etc. Iste sunt voces orationis et exsultationis arborem, per quas intelligit reges aliorum regnorum. Fingit itaque regem Babilonis, veluti lignatorem, qui totus intentus est ad excidendas arbores. *NON MISTI.* Verbum proprie non dormire, sed *cabare* significat. *ASCENDET.* Tui posthac erimus. Tuis interitus initium est nostræ quietis; tu enim solus in hoc natus esse videharis ut aliorum regna invaderes, reges deturbares, terram vastares, ut in toto orbe tu solus stares, etc. *QUI SUCCIDAT NOS.* Vulg. sensum expressit, ego verba et sensum; nam illud *aleu,* *super nos,* ad verbum *iaalch, ascendet,* referendum est. Qui enim ramos arborem præscindunt, arbores conscendant. Hoc commodum referunt tyranni, ut de eorum casu ceteri gaudeant.

VERS. 9. — *IN OCCURSUM ADVENTUS TUI.* *Bo* vel est nomen, et significat *introitum* seu *ingressum*, vel est infinitivus pro nomine sumptus. *Infernus* autem hic accipitur *pro regio et statione inferorum*; cui figuratè animam tribuit, actiones vivorum, atque quas vocamus passiones. Primò enim inducit *commotum ad adventum Babilonii tyranni,* ut solet commoveri homines alieuius præpotentis tyranni inopinato adventu. Deinde honoris causâ, admistâ irrisione vehementi, fingit excitantem manes, *ut obviam prodeant adventanti regi. Rapha* enim vel *raphah* nomen fuit proprium viri gigantis in Nob, 2 Sam. 21; verum cum esset monströse magnitudinis, factum deinde fuit ut numero multitudinis omnes gigantes *Raphaim* dicit sint, quasi dicantur *sani et validi.* Porrò quia gigantes malè audiebant, quasi certò damnati, idè sæpè *pro inferorum manibus* accipitur; vel quia cum apparent, monströse videntur magnitudinis. *OMNES PRINCIPES.* Nomen propriè *hircos* significat *sue arietes,* qui

totum gregem velut duces præcedunt, quibus veluti incumbit totus greges, etc. Hinc ad duces et principes accommodatur, ut supra 10, 15. *SURREXERUNT. Hikum, excitavit, stare fecit,* vel *surgere fecit.* Ego distinctionem Judæorum hoc loco non probo, sed ad hunc modum distingo: *Infernus de subter commotus est tibi* (id enim, propter te, vel te adventante; de subter autem additur per pleonasmum, ut *vulceres caeli, et caeli sursum, terra deorsum, etc.*), *in occursum tuum suscitans tibi gigantes* (participium enim tanquam participium accipio, ut commotionis genus explicet). *Omnes duces terræ surgere fecit de solis suis, omnes reges gentium.*

VERS. 10. — *RESPONDEBUNT.* Verbum *anah* absolutè positum ad cantum aliquando refertur in quo aliis alii respondere solent, supra 15, 22. Cùmque multi simul idem dicunt, iterumque repetunt, hoc in eos verbum competit. *NOSTRI SIMILIS EFFECTUS EST.* Ita quoque vertunt qui nunc Hebraicam veritatem se interpretari dicunt, quos reprehendere non est animus; neque aliam interpretationem affero, nisi ut non ignoret diligens lector propriam vim verbi: *In eminentiâ super nos eras constitutus;* at nunc *dejecta est in infernum,* etc., *ut cum sequentibus coniungatur;* vel sic: *Ab eminentiâ, in quâ super nos constitutus eras, in ordinem redactus es.* Nam cum verbum *maschal* in eminentiâ constitutum esse in voce activè significet, in passivâ hanc habere significationem potest, nempe ab eminentiâ deponi, et in ordinem redigi, æquari, sicut quæ dominium aliorum ferunt. Vide *Psal. 145, 7: Æquatus sum cum descendantibus in foveam.* Quod posterius non multum distat à versione Vulg. nostri, *similis effectus es;* sed ego vim verbi exprimere utcumque volui.

VERS. 11. — *CONCIDIT CADAYER TUUM.* Hic locus apertè probat, aliis atque aliis punctis olim etiam doctos Hebræos legisse, neque eisdem ubique gentium motionibus vocalibus prolata fuisse verba. Quis enim non videat *hemeiath* posse esse à verbo *muth,* id est, *mortuus est,* et in *hiphil* *mori fecit, occidit?* Quis etiã ignorat *nebalah* significare *corpus exanime?* de quo plura infra 26. Nam *Jod,* quod nunc habet, positum dici potest *pro he,* quod in *thau* erat convertendum, si ubique regulæ servarentur grammaticorum. Quare nemo meritò hic flagellare potest Vulgatam Interpretem; cuius interpretatio non admodum violenta est; nam tertia persona *hiphil* tanquam neutrum accipi potest, *concisus est cadaver tuum.* Et quod sequitur quoque convenit, allusio enim est ad regum sepeliendorum morem, quorum cadaveribus substernuntur panni serici et auro contexti, et aromaticum viri ingens copia. At huic *vermes pro strato* et *armiculos pro operimento* datos fuisse dicit. Vide infra vers. 48 et 49. Aliorum autem interpretatio suam habet probabilitatem, quamvis nullus alius locus sit ubi in hac formâ *hemeiath* nomen sonitus seu strepitus significet, sed *hamah,* *Ezech. 7.* De nomine autem *nebel* pro instrumento musico supra cap. 5.

VERS. 12. — *LUCIFER.* Dicitur *helet* ab *expansione*

laci, stella matutina. Ego si ad mysterium hæc referrem, potius ad casum principis mundi hujus de imperio quod habebat in seculo quodam prioris illà ruinã interpretarer. Et ad hunc fortè locum respexit Dominus in Evangelio: *Videbam Satanam tanquam fulgur de celo cadentem.* Loquebatur autem, interpretante Magno illo Basilio, de casu diaboli per Christum; dabo enim suis *virtutem calcandi super serpentes et scorpiones et omnem virtutem inimici. QUI MANE ORIEBARIS.* Sensum expressit Vulg. et doctè Hebraismus vitavit; ego retinui quia ex Vulg. manifestum est quid vocet *filium auroræ.* *CORAUSIT. Gada,* supra 10, *excelsi staturâ succisi sunt, godim.* Dupliciter autem reddi potest cum *lamed,* ut hoc loco est, quasi suppletur verbum motus, id est, *corrueus in terram succius et contractus es,* vel ut *lamed* accipiat pro *de,* ut aliquando solet, q. d., *de terrâ succius es;* quasi sit antithesis cum membro sequenti, *qui domabas vel subiiciebas gentes. Tu, inquit, subiiciebas, et super eos insidens domabas, veluti iumenta* (hæc est enim vis verbi hoc loco *kalasch*); *nunc non modo non subiicies, sed et de terrâ succius dispareris.* Hæc si ad historiam referas, casum *Luciferi hyperbolice accipere.* Sicut enim superius ipsam *Babylonem* vocaverat *gloriam et gaudium et suavitatem regnorum,* et nunc ipsam regem præcipuum inter stellas, quò in se oculos omnium splendore et maiestate suã converteret. Sed non possunt omnia propriè regi convenire, ut in sequentibus apparet. More itaque prophetico in historiam mysterium subesse intelligo.

VERS. 15. — *QUI DICERAS.* Scio ita accipi pronamina ista Hebraeis, ut doctus interpres accipiat; sed hoc loco malui ad verbum exprimere propter emphasisi pronominis *tu,* et conjunctionis et cui respondet in 15 versu at, *veruntamen,* etc. IN CAELUM CONSCENDAM. Si erat *Lucifer,* et in caelo, quomodo stantebat in caelum conscendere? Figuratè ergo accipienda sunt ista; ut quod Hierosolymis decreverat facere, nempe in templum Dei, quod erat ad *aquilonalem* partem civitatis, et in Sancta Sanctorum intrare, et super cherubinos et propitiatorium regale solium constituere, eoque sedere, id significet propheta, ut sequens membrum ostendit. IN MONTE TESTAMENTI. *Moed.* Varias acceptiones hujus vocis, quæ est à verbo *iaad, testatus est, certò constituit,* etc., vide supra cap. 1. Significat autem in genere rem *quamquam constitutam, attestatam atque definitam, tempus, locum, conventum, castra, egeradicatur ad tentorium constitutum,* etc. Quia ergo in hoc tantum volebat Deus testificari populo suo voluntatem suam, *Exod. 25, Stephanus Act. 7,* vocat illud *tabernaculum testimonii.* Hinc etiã tribuitur civitati toti, et monti Sion, propter templum et cultum in eo constitutum. IN LATERIBUS AQUILONIS. *Vox iaree,* à verbo *racas,*

molle, tenerum fuit, etc., propriè *femur* dicitur; hinc pro *latere* frequenter accipitur. Vide v. 15, de hac voce. Erat autem epithetum templi, *Psal. 48.* Porrò septentrío Hebræis dicitur *isaphon,* ab *absconsione,* non quòd existentibus in Judæa non apparet, ut quidam putarunt quia solum Palestinæ ignorarunt, sed quòd impenetrabilis esset illa regio, vulgatâ opinione hominum.

VERS. 14. — *SIMILIS ERO ALTISSIMO. Eleion,* attributum Dei, *altissimus, summus, supremus,* qui est *super omnia benedictus,* sicut Paulus de Christo dicit quòd *exaltavit illum, et dedit illi nomen super omne nomen;* quamvis interdum attribuitur homini, *Gen. 40,* et *Deut. 26,* et aliis rebus, *Jos. 16,* etc.

VERS. 15. — *IN PROFUNDUM LACI.* Hic est illud nomen de quo supra v. 15, quod *femora* et *latera* significat, sed hoc loco et similibus *capacitatem intimamque rei* notat. Quæ enim latera habent, capacia sunt. Unde de Jonã dicitur: *Descendit ad latera navis;* id hæc latera laci; et 1 Sam. 24, *latera cavernæ;* id est, intimum, etc. Ideo doctus interpres superius *latera* verit, hic *profundum* dixit. Hic mecum considera, lector, quomvis sit arrogantia ac superbie finis, quòd propter fastus, divitiæ, deliciae, et imperii maiestas. Confer quoque singula singulari, *infernum caelo, latera lateribus, ascensionem dejectioni,* etc.

VERS. 16. — *QUI TE VIDENTUR.* *Raah* simpliciter videre significat, at *hischegiac* notat quoque animi observationem cum gestu. Unde Vulg. *inclinari ad te dixit, scilicet contemplandum.* Verbum autem *bu,* quod est *intelligere,* in quartâ diligenter observationem ad cognoscendum declarat. Ideo non uno verbo reddidi: *Videntes te, ad te prospicient, te ailigenter observabunt.* Gradus ergo sunt in his tribus verbis, quibus significat tantam futuram commutationem, gloriæ in ignominiam, dignitatis in abjectionem, superbie in subjectionem, ut vix credi possit unum et eundem esse qui utramque hanc fortunam experitur. *CONCESSIT.* Dicitur *raasch* de *concussione* quæ contingit in vehementi metu. Ego expressi significationem verbi in tertiâ, *faciebat trepidare.* Sunt autem participia, et reddi possunt aut per præteritum aut per imperfectum.

VERS. 17. — *VINCTUS EIUS NON APERUIT,* etc., vel *vinctis suis.* Fortè est periphrasis inhumanitatis ac tyrannidis. Legitimi enim reges (quorum est clementia ac magnificentia) solent in civitatibus quas ingreditur, aut capiunt, vinctis solveræ. Possumus autem sic quoque reddere: *Vinctos ejus non solvit interrius.* Nam *phatic* et *solutio* et *clausura* opponitur, et nomen *baiethah* interdum est *adverbum interrius,* *Ezech. 44, Exod. 25,* etc. Est autem inhumanum, reclusos in penetrabilibus carceris, compedibus et catenis oneratos, detinere. *Vulg. carcerem* dixit, quia, quamvis nomen nonnisi domum significat, at cùm de vinctis sermo est, quid nisi *carcerem* intelligas?

VERS. 18. — *DORMIERENT.* Jam supra dixi verbum propriè *cabare* cum suis compositis significare. *Cabant* autem reges in gloria, vel cum gloria, quia ho-

millari *portæ* nomen, quod collectivè hic accipit, nunc leges, atque adeò ipsos magistratus qui in portis iudicium exercebant, nunc robur et potentiam declarat, quòd in portis essent propugnacula; à verbo *schaar*, quod *spectrum* seu *terriculamentum* apparere significat. Hic itaque libenter pro *magistratibus* accipio; *urbes* autem pro *habitoribus ac civibus*. Potest quoque accipi ut idem sit bis positum. PROSTRATA. Verbum *רסול* *resolvi* seu *liquefieri quod durum et compactum erat* significat. VENIET. Exercitium hostium fumo comparat, non solum ob molestiam, sed ob densitatem acierum operientium faciem terræ. Vel potius *fumum* vocat id quod fumo simile est, nempe excitatum pedibus eorum ac militum pulverem, qui et adventantium hostium signum est castrense, ex quo etiam multitudinem hostium colligere solent; et ei quod sequitur congruit. ET NON EST QUI EFFUGIET AGMEN EJUS, id est: Nemo est qui militiam illam detrectet. Ego sensum et verba expressi: *Et ne unus quidem in castris, scilicet remanebit, vel et ne unus quidem in tabernaculis suis, scilicet manet: adsunt accincti omnes. Est autem Jehuda ad septentrionem ejus partis Palestinæ que totius provinciæ nomen retinuit, ubi remanserunt Philistæi, quos non deleverunt Israelitæ; in quâ erat Azotus, Gaza, etc.*

VERS. 52. — Quid respondebitur nuntis? Quia verbum est singulare, proterea per passivum redderunt. At solet Hebraismus nomini pluralis numeri

CAPUT XV.

1. Onus Moab. Quia nocte vastata est Ar Moab, contineat, quia nocte vastatus est murus Moab, contineat.
2. Ascendi domus, et Dibon ad excelsa in planctum super Nabo, et super Medaba. Moab ululavit: in cunctis capitibus ejus calvitium, et omnis barba raderit.
3. In triviis ejus accincti sunt sacco: super tecta ejus et in plateis omnis ululatus descendit in litum.
4. Clamabit Hesebon, et Eleale; usque Jasa audita est vox eorum. Super hoc expediti Moab ululabant; anima ejus ululabit sibi.
5. Cor meum ad Moab clamabit, vectes ejus usque ad Segor vitulam conternantem; per ascensum enim Luthi flens ascendet, et in viâ Oronaim clamorem contritionis levabit.
6. Aquæ enim Nemrim deserta erunt: quia aruit herba, defecit germen, viror omnis interit.
7. Secundum magnitudinem operis, et visitatio operum: ad torrentem salicum ducent eos.
8. Quoniam circumvit clamor terminum Moab: usque ad Gallim ululatus ejus, et usque ad puteum Elim clamor ejus.
9. Quia aquæ Dibon repletæ sunt sanguine: ponam enim super Dibon additamenta his qui fuerint de Moab leonem, et reliquis terræ.

apponere verbum singulare, et distributionem notat. Unde nomen *nuntiorum* in nominandi casu accipio: *Quid novi afferet nuntius cuiusvis gentis à Judæa? Quando, inquit, reversi fuerint nuntii (seu legati) gentium ad suos, quid, putatis, novi referent? Quod nimirum Dominus fundaverit, etc.* Epilogus est, quo brevi explicat propheta felicitatem regni Jehuda sub Ezechia, non solum ob victoriam de Palestinâ, sed etiam ob deletos Assyrios, et divitias atque potentiam quas comparavit Ezechias, ut legis in libro Regum et Paralipomenon. *Fundare autem pro stabilire et confirmare* usurpant Hebræi: quæ enim benè fundata sunt firma sunt. ET IN IPSo SPERABUNT. Verbum *casah*, quod nostri ferè verbo *confidendi* aut *sperandi* vertunt, propriè est *latibulum seu protectionem querere in aliquo*. Significat ergo *tuisimum præsidium et inexpugnabilem esse arcem Sionis beneficio Domini, qui, ut inopes, et qui humano auxilio destituti sunt, aliquò sese recipere possent, regem Ezechiam populo suo dederat, qui instauraret munitiones, et quæ ad tranquillitatem et felicitatem illius afflicti populi necessaria forent provideret atque appareret. Sed quid illa ad stabilitatem Ecclesiæ Dei, ad quam veri pauperes, tanquam ad arcem munitionis, etiam infirmitatis peccatis premanant, confugientes respirant, et felicem vitam ducunt? Quid dicent nuntii nationum, si divitias, gloriam atque securitatem Ecclesiæ possent oculis cernere? Sed hæc carnales homines ignorant.*

CHAPITRE XV.

1. Prophétie contre Moab. Ar de Moab a été sac cagée pendant la nuit; elle a été détruite entièrement. La muraille de Moab a été renversée durant la nuit; elle a été détruite entièrement.
2. La maison et Dibon sont montés à leurs hauts lieux pour pleurer la perte de Nabo et de Médaba. Moab a poussé des hurlements; toutes les têtes seront dénoullées, toutes les barbes seront rasées.
3. Dans les rues, ils ont marché revêtus de sacs, et les toits et les places publiques retentissent de toutes parts du bruit de leurs plaintes mêlées de leurs larmes.
4. Hésébon et Eléalé jetteront de grands cris; leur voix se fera entendre jusqu'à Jasa. Les plus vaillants de Moab s'écrieront à ce spectacle; lui-même dévorera ses plaintes au fond de son âme.
5. Mon cœur poussera des soupirs sur Moab; ses appuis furent jusqu'à Segor, cette génisse de trois ans; ils montent, en pleurant, par la colline de Luth, et ils font retentir leurs cris et leurs plaintes dans le chemin d'Oronaim.
6. Les eaux de Nemrim se changeront en un désert; l'herbe se séchera, les plantes languiront; toute la verdure s'évanouira.
7. La grandeur de leurs châtements égalera celle de leurs crimes. On les mènera captifs aux torrens des saules.
8. Les cris de Moab se sont fait entendre dans tous ses confins; ses plaintes jusqu'à Gallim, et ses hurlements jusqu'au puits d'Elim.
9. Car les eaux de Dibon seront remplies de sang, parce que j'enverrai à Dibon un surcroît de carnage; s'il y en a dans Moab qui se sauvent par la fuite, j'enverrai des lions contre eux et contre le reste de cette terre.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — Quæ in hoc capite continentur, ex historâ pendunt quæ in S. Litteris non habetur. Arbitror autem quòd de eâ vastatione agatur quæ ab Assyriis facta est in universis illis provinciis ab Assyriâ usque ad Æthiopiam. Sed hoc intelligere non usque adeò nobis necessarium erat. Satis nobis sit etiam in hæc vitâ eos qui non sunt de populo Dei ob scelera sua puniri, ne si perpetuò impunè agerent, aut Deum esse ignorarent, aut rationem vitæ suæ Deo placere putarent. Erant autem Moabite vicini Israeli, et posterî Loth nepotis Abrahæ: quapropter et causa eorum non omninò aliena erat à rebus Israelitarum (1). VASTATA EST. Hoc verbum ad Ar refero, sequens *concutit ad Moab*. Neque de genere nimirum sis sollicitus; nam neque hebraeis scriptoribus multum curæ est: sicut infra nomen *isor*, cap. 25, jungitur verbo *mase*. *Schudad*, quod hic quoque ponitur. *Moab*, inquit, *reductus est ad silentium, perit, actum est de Moab, quòd una nocte Ar præcipua civitas vastata sit*. Eodem modo distingue membrum sequens; unde *Kir*, quamvis *murum seu parietem* significet, pro nomine proprio hic accipit. Notandum autem quòd *ar* ab excitando dicitur est, sicut et *ir*, ut supra jam annotavimus, à verbo *or*; idcirco datâ operâ usque esse videtur Propheta verbo *damah*, quod *silere et quiescere* significat.

VERS. 2. — DOWUS. Videtur esse nomen proprium *Habaith*, et hec esse radicalis littera, ut vocant. Loquitur autem de *ascensu* ad loca idolorum. In adversis enim ad deos suos unaqueque gens solet confugere. At sicut *ascenderunt* ut coram diis suis *flerent*, ita etiam *descenderunt flentes*; hoc enim est *descendere in flctu*, quod seq. versu dicit.

VERS. 4. — EXEDIT. Solent Hebræi milites qui ex populo in militiam extrahuntur *kelotaim*, id est, *electos* seu *expeditos*, appellare, à verbo *kalats*, quod *extrahere, subtrahere, seu expedire* significat. ULULABUNT. Verbum *rus* non propriè *ululare* significat, sed *voce passiva perdesimare*, sive id fiat ore sive buccinâ. Plerimque autem de *luti vociferatione* dicitur, sed et interdum *de tristi et in fausta*, Jud. 7, et hoc loco.

VERS. 5. — COR MEUM AD MOAB (2). Sunt qui hæc

(1) Salmansar ayant après la révolte d'Osée, roi d'Israël, marcha contre lui; et on croit que, pour ne rien laisser derrière lui qui pût l'incommoder, il se saisit, en passant, du royaume de Moab, que Théglatphalasar avait épargné, lorsqu'il enleva les trois tribus d'Israël qui étaient au delà du Jourdain. D'autres pensent que, comme le chapitre suivant parle de Sennachérib, ce qui est ici annoncé pourrait regarder le règne d'Asarhaddon, son successeur.

(Bible de Venec.)

(2) Hebraismus; id est: Videor, mihi videre animo cladem illam Moab; vel, miseret me Moabitarum. Amplificatio calamitatis est, quòd Propheta ipse dicit se eorum misereri. VECTES EJUS USQUE SEGOR, id est, non invenit ullum locum tutum, quo se includat ac defendat usque Segor, quæ Sodomorum civitas est in Moabitarum confinis, in quam se Loth è Sodomis fugiens recepit, Genes. 19, 22, ad quam historiam videtur Isaias alludere. Alii vertunt: *Fugitivi ejus, id est, qui fuerint ex Moab, fugient usque Segor*. VIRULAM CONTERNANTEM, triennem. Segor vocat per appo-

verba ut voces Moabitarum accipiant; quod ne mihi placeat facili locus Jer. 48: *Idcirco cor meum ad Moab sonabit velut cithara, etc.* ut etiam seq. cap. 5, 11. Mihi ergo magis placet ut sint verba Prophetæ, non quasi delectat de vastatione Moabitarum, sed quasi dicit: *Mihi in animo est edere carmen de clamoribus et afflictionibus Moab; quem sensum confirmat, v. 9, capitis seq. VECTES MOAB: A fugiendo dicuntur Hebræis *vectes, berikim*, quod ab unâ in alteram partem veluti motu suo fugiant. Deinde transferunt ad significandos *optimates*, de quo infra 43, quòd sint munimenta et veluti repagula populi; in quâ significatione hic accipi posset nomen, quòd scilicet *optimates Moabitarum fugerint usque ad Segor*, seu *Tzoar*, quæ est in finibus Moabiticæ provinciæ. Sed simplicius est ut juxta naturalem significationem pro *profugis* accipiamus. VIRULAM CONTERNANTEM. Potest hoc ad Moab pertinere, et repetendum est: *Cor meum ad vitulam triennem clamabit*. Sic vocat regionem illam ob pinguedinem et fertilitatem soli. PER ASCENSUM LUTHI. He in nomine isto proprio motum notat. *Maale* pro præpositione supra accipit; si enim interdum usus est hujus vocis.*

FLENS ASCENDET. Hebraismus molliviti, in flctu (vel cum flctu) ascendet.

VERS. 6. — DESERTA ERUNT, vel abominationi erunt, vel in stuporem erunt. Vulg. apud Jeremiam dicit, *pesima erunt*. Utrobique autem est illud nomen de quo jam non semel dixi, *meschamah*, id est, *afflictus, sibilus, horror et admiratio*. *Excitabit*, inquit, *vocem qualem edere solent quando nullo sunt aquæ Nemrim*, quando propter ariditatem agrorum ejulatus edunt et plancunt.

VERS. 7. — MAGNITUDINEM. Verbum *iathar* est quod nos dicimus *impressæ, excedere*, et similia; notaque interdum excellentiam. Nomen autem hoc *iithera* pro *abundantiâ et verum affluentia* accipio, ut Jer. 48, ubi cum *thau* legitur. OPERIS. Multo aliter verit Interpretæ hæc verba apud Jeremiam. Ego ut verbum accepti hanc vocem, et relativum more Hebræorum deesse puto. ET VISITATIO EORUM. Ego cum docto quodam viro *visitationem* hic pro rebus ipsis quas qui habet sæpe visitat atque recenset, et quarum rationem habet, accipiendum puto, id est, pro *divitiis positis*: sicut Levit. 5, hoc verbum in secundâ conjung. in voce passivâ pro *depositum esse*, et nomen inde deductum *phikadon, depositum vel repositum* significat. Hoc ipsum quoque nomen de quo nunc agitur, in plur. Vulg. Jer. 52, *carcerem dixit, alibi custodias*: Ergo hic *reposita vel repositum* vertere poteris. DUCENT. Jam de verbo *naas* sepè dictum est. Verbo *defendit* sui positionem vitulam triennem, id est, civitatem nondum bello edomitam, robustam ac florentem, sicut Hierem. 46, 20, vocat *Ægyptum vitulam elegantem atque formosam*. PER ASCENSUM LUTHI, Luthi, alii montem, alii oppidum juxta Segor esse ducunt; quasi dicit: Usque ad ipsum Segor flucunt qui fuerint. ET IN VIA ORONAIM. Duo vici Moabitarum erant hoc nomine, ut etiam indicat dualis forma. CLAMOREM CONTRITIONIS, id est, maximum, qualis esse solet cum aliquis discerpitur. (Maldonatus.)